



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

Nova collectio formularum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

# NOVA COLLECTIO FORMVLARVM.

*Stephanus Baluzius Tutelensis ex veterimis codicibus manus-  
criptis eruit, in unum colligit, nunc primum edidit.*

## INCIPIVNT CAPITVLA.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Petatio Episcopi peregrini ad prop-<br>rium Episcopum. | 27. Donatio à die presente.   |
| 2. Commendatoria & exhortatoria ad san-<br>ctimoniale.    | 28. Ad testamentum faciendum.   |
| 3. Conqueratio de vasso qui iustitiam facere<br>renuit.   | 29. Item aliud testamentum ad locum san-<br>ctum.                                 |
| 4. Item de eadem re.                                      | 30. Confirmatio traditionis ad monasterium.                                       |
| 5. Indiculus regulis.                                     | 31. Qualiter parentes filios suos offerant in<br>monasterio.                      |
| 6. Indiculum de servis fugacibus.                         | 32. Promissio stabilitatis in monasterio.   |
| 7. Donatio ad casum Dei pro Missas ca-<br>nendo.          | 33. Petatio quam ante votum monachi quaf-<br>libet facere debet.                  |
| 8. Supplicatio ad Regem.                                  | 34. Ipse promissio.   |
| 9. Indiculum.   | 35. Exemplar promissionis sicut solebant an-<br>tiqui monachi regulam promittere. |
| 10. Indiculum.  | 36. Indiculus pro monacho qui fugerit de mo-<br>nasterio.                         |
| 11. Indiculum.  | 37. Qui monasterium in proprio aedificat,<br>qualiter chartam faciat.             |
| 12. Item alium.   | 38. Qualiter privilegium condatur.  |
| 13. Parabola.   | 39. Epistola que formata dicitur sive com-<br>mendatitia.                         |
| 14. Item alia.  | 40. Item alia.  |
| 15. Indiculum.  | 41. Item adhuc alia.  |
| 16. Incipit editio.                                       | 42. Item adhuc alia.  |
| 17. Indiculum generale ad omnes.                          | 43. Exemplar libertatis.  |
| 18. Item alio.  | 44. Traditione ad monasterium.  |
| 19. Item alio.  | 45. Item alia.  |
| 20. Item alio.  | 46. Praefaria.  |
| 21. Item alio.  | 47. Vindicatio traditionis.   |
| 22. Item alio.  | 48. Charta commutationis.   |
| 23. Item alio.  | 49. Constitutio dotis.  |
| 24. Item alio.  |   |
| 25. Item alio.  |   |
| 26. Item alio.  |   |

*Petatio Episcopi peregrini ad Episcopum  
proprum.*

I. IN Christi nomine. Ille Episcopus  
illo Episcopo amico nostro devo-  
tam dirigo salutem. Gratias vobis referi-  
mus de caritate vestra, quam erga fidelem  
nostrum dignati estis facere & circa con-  
gregationem nostram qua est in oppido  
sitae quod dicitur illum. Fecisti enim ut  
Apostolus commendans ait: *Predica ver-  
bum, in sua opportunitate & inopportunitate nolenti-  
bus. Qui enim sequitur Apostolorum ve-  
stigia, luce gaudebit perpetua.* Rogo vos



humiliter dirigere nobis per epistolam vestram quid mihi de nostro licet celebrare officium in parochia vestra & in Ecclesiis vestris quae in nostro sunt beneficio, si prædicare licet, si emendare, si corrigerre, si erigere Ecclesiis, si confirmare, aut baptizare, aut penitentiam dare, aut quid nobis concedatis, aut quid prohibeatis, scire nos faciatis citius petimus. Amicitiam vero vestram valde firmam optamus inter nos consilere. Et obsecro ut mihi commendare dignemini quasi firmo amico tuo quodlibet servitum, & paratum me habetis in omnibus honestis & justis mandatis vestris. Benevalete.

*Commendatoria & exhortatoria ad sanctorum memorialem.*

II. In nomine sanctæ Trinitatis. Veneranda & almifica glorioseque illæ, ego ille inferior cunctis servis vestris postulo summo à Deo æternam venire salutem. Hinc rogo vos & ammoneo ut laus popularis, que per vulgares spargitur aures, vestram adtingat mentem, & crescendo pollular sapientia vestra apud Deum & homines. Omnis verò populus hac proclamat voce dicens his verò esse dictatam felicibus donis, quod in perpetuum firmiter permaneat, citam omni bono consilio & claram facie omni conspectui humano, varias scilicet gazas miro ordine beataque mundi regna mirificè disponere, pulcrum corpore & in mente quieta, lucidis autem luminibus vestram fieret staturam, in aulem dicunt. Debetis enim semper gratias agere, ut in vobis hac & his similiis creferant per omnia momenta. Vide, ut Apostolus ait, quomodo cautè ambulaveris, sicut sapientes. Et iterum: *Non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus prouidentes bona &c.* Feltina itaque, virgo gloriofissima, sanctis studiis te & bonis operibus ornare, ut cum sanctis & beatis virginibus centenum merearis collegere fructum.

*Conquestio de vaflo qui iustitiam facere remittit.*

III. Domino inluster atque præ cuncto magnificentissimo, ut confido, viro amico meo illo ille. Deus scit, qui omnia non latet occulta antequam fiant, in omnibus amicus & bene cupiens vester, illud in primis quod plurima sunt & nobis opportunum, salutem in Domino optimam vobis in quantum arcana cordis mei continet plenitudo. De cetero cognoscas industria vestra iste præsens homo noster

serviens vester nomen ille ad nos venit & nobis dixit eò quod vaflo vester nomen ille res post se malo ordine reteneat injuste, & dixit quod nulla iustitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea sollicitamus vobis precamus ut hoc causa diligenter inquire jubeatis, ut ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatatione ad suum exinde debeat perquirere justitiam. Et si hoc facietis, vestram bonam confuetudinem adimpleris. Et unde nos injungetis, & nos potebimus, vos vel servientes vestros in bonis partibus remerire non tardamus. Agite taliter quæ nos per vos bona habemus fiducia, ut iste homo noster serviens vester sibi congaudeat quod nostram ad vos deportasset suggestionem. Ad sapientissimum sufficit.

*Item de eadem re.*

IV. Dominu sancto apostolica sede colendo Domino & in Christo patri illo Papæ ille. Deus scit, cui nulla latent occulta, in quantum video & nostra est possibilitas, in omnibus amicus & bene cupiens vester, illud in primis quod plurima sunt & nobis opportunum, salutes in Domino optimam vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, vel quantum distat ortus ab oriente & deficit ab occidente, seu & si fieri potuerit quod tota membra vertifcent in lingua. De ceterum supplicamus gratia vestra ut pro me peccatore in vestris sanctis orationibus intercedere digneris. Et iterum, Domine, supplicamus cognoscat admitis vestra iste præsens homo noster serviens vester nomen ille res suas malo ordine post se retinebat injuste, & nulla iustitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea precamus vobis ut hanc causam diligenter inquire jubeatis, ut sicut vestra bona est confuetudo, ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatatione ad suum exinde debeat pervenire iustitiam, & sibi congaudeat quod nostram ad vos deportasset suggestionem, & nos vobis gratias agamus. Et si locus advenerit, vos vel servientes vestros in bonis partibus remerire non tardamus. Ad sapientissimum sufficit. Salutamus vobis satis & super omnia satis usque ad gaudium magnum.

*Indiculus regalis.*

V. Dominis sanctis & in Christo patribus omnibus Episcopis, seu & venerabilibus omnibus Abbatibus, atque illistribus viris, seu & viris magnificis Domesticis, Vicariis, Centenariis etiam quod omnis pars & amicos nostros seu & missus nostros discurrentis,

Ephes. 5.

Rom. 12.  
2. Cor. 8.

discurrentis, ille Rex Francorum vir inluster. Cognoscatis iste praesens ille ad nos venit, & nostra commendatione expectivit habere; & nos ipso gratante animo recepi- mus vel retenemus. Propterea omnino vobis rogamus atque jubemus ut neque vos neque juniores neque successores vestri ipso vel homines suos, qui per ipso legitimi sperare videntur, inquietare nec condemnare nec de rebus suis in nullo abstrahere nec diu nec nocte non presumatis nec facere permittatis. Et si talis causa adversus eo surrexit ut ost.... fuerit & ibidem adimplitis vos absque eorum in quo dispendio minime definitas fuerint, quod ante nos separare vel reservatas, & talis causa ante nos finitivam accipiant sententiam. Et ut certius credatis, manu nostra subter affirmavimus, & de anolo nostro sigila- vimus.

*Indiculum de servis fugacibus.*

V I. Dilecta Dei, sponsa Christi, socia sanctarum virginum merito coquanda, inlustris Deo sacrata illa, ille. Deus scit in quantum valeo in omnibus in Christo amore amicus & bene cupiens vester illud imprimis quod plurima sunt salutem in Domino optamus vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, aut si fieri potuisset quod tota membra vertissent in lingua. De ceterum cognoscat dilecta caritas ve- stra, sicut nobis dicatum fuit, eò quod ho- mines vestri nobis configugum fecerunt, & nos auditum habemus ubi esse debeant. Propterea apices nostros vobis direximus, si vestri homines sunt, Missa vestro ad nos dirigere faciatis, & quantum nos potevimus hac causa diligenter procuramus ut ipsos homines recipere faciatis.

*Donatio ad casam Dei pro Missas canendo.*

V II. Igitur ego in Dei nomine ille ve- nerabilibus fratribus illo & illo. Admonet mihi amor Domini nostri Iesu Christi & desiderium de illo paradiso ubi iusti habi- tant, ut me Dominus ibidem participare dignetur, seu & timor gehennæ, ut me exinde Dominus eripere jubeat. Propterea cedo vobis ad die praesente ad mea eleemosyna faciendo a pauperis vel a sacerdo- tibus ad Missas canendo dispensando, ce- sumque in perpetuo esse volo, & de jure meo in jure & dominatione vestra trans- scribo atque transfundo, hoc est, res propria- tatis meæ tam in civitate illa quam & foras in ipso pago seu & in alios. Habent ipfas terras cum omni superposito de lon- go tanto, similiter in latus & in frontis sub-

Tom. II.

jungit de ambobus frontis & de ambobus latus terra illius, ipfas res & casas super- positis ad integrum seu & vineis in oppi- dum civitate illius cum terra proprietatis mei. Habet ipsa vinca arpennes tantos. Subjungit de ambobus latus & ambobus frontes terra illius. Etiam & in ipso pago in agro illo portione mea, tam terris, man- sis, domibus, aedificiis, vineis, olicis, filiis, campis, pratis, palciis, aquis, aqua- rūmque decursibus, quicquid in ipsa loca portio mea est, totum & ad integrum rem inexquisitam & aliam rem quantumcumque visus sum habere aut in ante laborare potero, tam peculium, praesidium utrius- que generis sexus, aurum, argentum, dra- palia, æramen, usentilia, mobile & im- mobilibus, quicquid dici aut nominari pos- tet, ubicunque visus sum habere, medie- tam ad integrum, ita ut ab hodierno die habeatis, teneatis, & in mea eleemosyna dispendando liberam & firmissimam ad die praesente in omnibus habeatis potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri cre- do, si ego ipse aut aliquis de heredibus meis, vel ullus quislibet ulla opposita per- sona qui contra hanc cessionem istam ve- nire conaverit, & à me vel heredibus meis defensatum non fuerit, inferamus vobis unā cum socio fisco auri uncias tantas, ar- gentum pondo tanto esse multando, & praefens cesso ista omni tempore firma permaneat.

*Supplicatio ad Regem.*

VIII. Incito atque praecelestissimo Domino illo gloriofo Rege, ego ancilla vestra ultimisima, servilissima omnium an- cillarum vestrarum. Cognoscat, Domne, gratia vestra hominis valii vestri nomen ille multas inquietudinis & contra rationis or- dines servientes sanctæ illius, qui in vestra mercede in regimini ordinatis, habere hos faciant, & nulla justitia apud ipso illo conseqüere posso. Propterea, Domne, supplico, & si ante vestra praefentia fuisse, genua flexa ad terra prostrata ad pedes vestros suggestere mihi ancilla vestra oportebat & in vestra mercede & amore Deo vel illos sanctos cuius famulas nobis exinde defensare juberitis ut contra malicia con- tra servientes ipsius sanctorum vel me ancilla vestra facere non debuissent. Domine, nostrum est ad suggestendum. Vestrum est ad ordinandum quæ exinde justitiam recipere debeamus, pietas vestra est nobis.

*Indiculum.*

I X. Suggestendo Domno piissimo at-

Nn

que praeccellentissimo illo glorioso Rege. Nos, Domni, servientes vestri pagenes illius, quod veraciter cognovimus, vobis innotescere praeumpsumus. Homo alicus nomen ille nobis dixit eò quod cafa sua vel strumenta sua chartarum tam vendicacionis, cautionis, obnoxiationis, judicis, cessionis, vel donationis, seu & reliqua strumenta chartarum abigne ibidem cre-  
masset, quia & ille iudex vel vicini pa-  
genes ipsius taliter nobis dixerunt vel re-  
litionaverunt quod ad hoc videndum  
accelerant, & sic vero & actum aderat.  
Proinde, Domne, fuggere praeumpsumus,  
& quod exinde cognovimus vobis innotuimus. Domne, noltrum est ad fug-  
erendum. Vestrum est ad ordinandum  
quod ipsa exinde agere debeat.

*Indiculum.*

X. Domna & dulcissima genitrix mea illa, prolixi vester ille, serviens vester, illud imprimis quod plurima sunt, & sic necessarium si praeumpsum ostendit salutem plenissimam in Domino Iesu Christo vobis destinare praeumo, & supplico pro eo quod iste praeiens ille serviens vester à mea parvitate expetivit ut nulla malitia de istas culpas quod ipse confugium fecit exinde non habeat, sed ad mea preicatione excusatus exinde esse debeat. Agite taliter quem ego per vos bona fiducia & quem Domno & genitore meo jugale vestro illo fano & lateo proprios oculos celerius me-  
reanur videre. Iterum salutamus vobis.

*Indiculum.*

XI. Sanctorum meritis beatificando Domno & fratri Importuno. Domne dulcissime & frater carissime Importune, quod recipisti tam dura aestimasti nos jam vicina morte de fame perire, quando ta-  
lem annonam voluisti largire, nec ad pre-  
mium nec ad donum non cupimus tale an-  
nona. fecimus inde commentum, si domi-  
nus imbolat formentum, à foris turpis est  
crusta, ab intus migra nimis est fufca, af-  
pera est in palato, amara & fetius adora-  
tus, mixta vetus apud novella faciunt in-  
de oblata non bella semper habetas gratum  
qui tam larga manu voluisti donatum, dum  
Deus servat tua potestate, in qua cognovimus tam grande largitatis. Vos vidissis in domo quod de fame nobiscum mori-  
mur. Homo, satis te praeumo salutare, & rogo ut pro nobis dignetis orare. Tran-  
misimus tibi de illo pane. Probato si inde  
potis manducare. Quandiu vivimus, planè  
liberat nos Deus de tale pane. Congrega-

tio puellare sancta refutat tale pasta. No-  
stra privata stultitia ad te in summa amici-  
tate. Opto te semper valere & caritatis tuę  
jura tenere.

*Item alium.*

XII. Beatificando Domno & fratribus Frodeberto Papæ. Domne Frodeberte, audivimus quod nofer fromentus vobis non fuit acceptus. De vestra gesta volu-  
mus intimare ut de vestros parcs nunquam delecte hoc joco tale hoc referre. Illud enim non fuit condignum quod egisti in Segeberto regnum de Grimaldo Majorem domus, quem ei suftulisti sua unica ove

sua uxore, unde postea in regno nunquam habuit honore, & cum gentes venientes Toronica regione misisti ipsa in sancta con-  
gregatione ..... monasterio puerla-  
rum qui est confructus in ..... Non ibidem, lectiones divinis legistis, sed ..... nis inter vos habuistis. Oportet sat ..... conlocu-  
tione quem nec est adeo ar ..... ta sic est ab hominibus vestra fo ..... dentia, sed qualem facu ..... monasterio puebla ..... monasterio tuis ..... perdisti ..... I M P O R T U N V S de Parisiaga terra.

*Parabola.*

XIII. Domino meo Frodeberto, sine Deo, nec fando, nec Episcopo, nec regu-  
laris Clerico, ubi regnat antiquus ho-  
minum inimicus, qui mihi minime credit  
factu tuu vidit illum tibi necesse desidero,  
quare non amas Deo, nec creditis Dei filio.  
Semper fecisti malum. Contra adversari-  
um consilio satis te putas sapientem. Sed  
credimus quod mentis. Verè non times  
Christo, nec tibi consentit. Cui amas, per  
omnia ejus facis opera. Nec genitoris tui  
diligebant Christum, quando in monas-  
terio fecerunt temetipum. Tuus pater cum  
Domino non fecit sancta opera. Propter  
Dominus digito relaxavit, te vivo docuit  
& nutri ..... unde se postea penetivit.  
Non sequis scripture nec rendis .....  
iqua memores Grimaldo qualem fecisti  
damnum ..... & Deo non oblitus de  
bona que tibi fecit quid inde ..... mulie-  
re sua habuisti conscientia tua nec .....  
norum peracta sed contra canonica .....  
ea de sancta congregatione apud .....  
non ex devotione, sed cum gran .....  
cur nos seimus damnas nimis .....  
tollis eis aurum & argentum & honores ..

## Formularum.

... liberat per hās regiones cur te p̄fsumis tantum dāmāre suum thefaurum. Quod ut alibi ubi eum rogas per tua maledicta, quod non sunt apta, amas puella bella de qualibet terra pro nulla bonitate nec sancta caritate. Bonus nunquam eris dum tale via tenes. Per tua cauta longa fatire si non est. Per omnia jube te castrare, ut non pereas per talis; quia fornicatoris Deus iudicabit. De culpas tuas alias te posso contristare. Sed tu jubes mihi exinde aliquid remandare, ut in quale nobis retenit in tua caritate exeant iflas exempliaris per multas patrias ipso domino hoc reliquo se vidis amico qui te hoc nuntiat & donet consilium verum, sed te placit lege & pliga in p̄stōre repone. Sin autem non vis, inheret in dude.

## Item alia.

XIV. Incipiunt verba per similitudinem juncta de fide vacua, dono pleno falsatore. Agino Salomon pro sapientia bene scripsit hanc sententiam, ut ne similius fiat stulto, nunquam responde ei in mutto, & retrahāvi tam in multum sic respondere iussi stulto ut confundantur stultum grado nunquam presumat gloriare respondi dixi te falsatore nec ci parcas in sermone qui se plantatum ex robore qui non pepercit suo ore vaneloquio fusorrone verborum vulnera murone qui sui obl... adjutoris, immemores nutritoris, calavit..... qui fei date & prioris alodis sui reparatoris sordidas vomit pudoris incredulas dicit loquellas & improbus coinqutas & conscientias bonum merito conquistas mundas sanctas & antiquas pulchras firmissimas & pulitas meas rumpit amitaticos, verba dicit que nunquam vidit, ea scribit qua fecit animus. Parcat qui cum credit. Et si loquestem non strinxit furorem latro fraudolentus homicidium est reus certus adulter, raptor est manifestus. Innumeros fecit excilfus. Errando vadit quasi cœcus. Fuscari tentat mecum decus. A Deo dispectus & desertus, ab inimico est perventus & per lingua & per pectus. Nolite, Domne, nolite fortis, nolite credere tantas fortis. Per Deum juro & facras fontis, per Sion & Sinai montis, falsator est ille, factus ex cogitator est defamatus, deformatus vultu, & deformata sunt, qualis est animus, talis est status. Non est homo hic, miser talis latrat, sed non ut canis pfallat de trapa, ut linguis dilator major, nullis talis falsator grunnit, post talone buccas inflat,

Tom. II.

in rotore crebat & currit in sudore, fleumas jačat in pudore; nullum vero facit pavere qui non habet adjutorem super secundum meum tutorem non meum.... tale baronem non .... co contra infontem non cessat ..... ab experto facco .. ... acco & salte detracia ..... non time re falco non perdas illo loco, non vales uno coco, non simulas tuo patre, vero nec tua matre, non gaudeas de dentes, deformas tuos parentes. Ad tua falsatura talis decet corona.

## Indiculum.

XV. Nolite Domnae, nolite sancte, nolite credere fabulas falsas: quia multum habebus falsatores, qui vobis proferunt falsos sermones, furi atque muronis, similis etiam & fusurronis, & vobis, Domnae, non erunt protectoris. Latrat vulpis, sed non ut canis. Faltus mit semper inanis cauta profert jam non fronte. Citò decadet ante cano forte. Volat upua, & non arundo. iste commedit in lo frundo, humile facit capta dura, sicut dilatus in falsatura falsator vadit tanquam latro, ad aura psalit, ut Escotus mentit, semper vadit toritus, & occidit quod nunquam vidit. Nolite Domine atque prudentis vestras non confrangat mentis, & non derelinquere serventes. tempus quidem jam transiit. Et hoc feci quod vobis fuit adaptum. Iam modò per verba fallacia sexum dejactus de vestra gratia.

## Incipit editio.

XVI. Cum in praefentia inluster vir ill. illo mallavit. Sed ille petit ut scriberet quod petivit, irrita Imperatores sancrent decreta ut nullus a judicio suscipere præcurrit antiquam sollemnia patefecerit, ut his qui fidem datis & nec objecti sunt præomaticis dictiōnis lex pena succurrat, editio inquam ob rem petitio in conspectu magnitudinis vestri, ut homo nomen ille est illas post se mali ordine præoccupasse dinoscitur, ut hoc vestra prudentia integrum & legalis sententia debeat definire. Ea vero scilicet ratio, ut si in constitutum placitum res illas mihi justissime debitas adprobare non potuero, ut lex mundana Theodosiano corpore arbitratus discernit, me impleturum esse pollicor data editio ne de inscriptionibus accusatoribus recrescant Theodosiano nono in ira prima tam civile neque criminale actio professio manu accusatore conscripta præcidat, nisi in se repetitione celebrata prius a judice non audiatur.

N n ij

*Indiculum generale ad omnes.*

XVII. Domino magnifico sapientia que decoratum & dono Dei regali gratia sublimato illo ille ultimus servorum Dei servus ac si vili ille infimus vocatus Episcopus, salutem vobis multimodam unum cum confratres nostros oratores vestros, qui ad limina sanctorum illorum die nocturne pro vobis obsecundare noscuntur, dirigere presumimus. De ceterum cognoscat industria vestra precamur atque suplicamus vobis de ista causa unde iste praefens serviens vester Missus noster innoverit, ei in suum placitum esse dignetis, agat almitas vestra ita ut consuetudo vestra bona erat erga nos frequenter operata est.

*Item alio.*

XVIII. Domino procerumque illustrem optimatem ill. regale gratia sublimatum & a nobis cum magna veneratione atque reverentia nominandum in Dei nomen ill. ultimus servorum Dei servus salutem vobis in Domino tam multimoda definare presumimus unum cum omni congregatione fratrum nostrorum quam arcana cordis nostri continet plenitudo. Memorare dignemini qualiter vos nobiscum ante hos dies confabolare dignastis & in oratione quamvis nos indigni commendare dignastis. Precamur atque suplicamus clementia vestra ut ad necessitatem fratrum nostrorum oratores vestros aliquid de eleemosyna vestra consolare jubeatis, & quicquid exinde vestra clementia erga nos disponit agere, per vestro venerabile scripto nobis dignets facere certiores; & undecunque nobis injungitis aut injunctum habetis de orationibus vel de alio servicio, parati sumus vestris partibus vestrorumque omnium servientium fideli referire.

*Item alio.*

XIX. Sanctissimo ac sanctis ceremoniis observantem æquæ fonte spirantæ exfusantem Domino Patre & multorum regem Christique vice agente illo Pontifice ultimus omnium servorumque Dei servus ille. Ad clementiam pietatis vestra has apices destinare presumimus, non nostrifreti obsequio, sed vestra magnitudine culmina pietate. Ideoque quasi ad præfens genua vestra deosculantes, suggestiuncula nostra vobis propter quod mancipia beati patroni vestri de monasterio nostro fuga lapsa in vestro dominio prælapsi sunt advenisse. Ideo supplicamus clementia vestra ut quomodo iste Missus noster nomen ille

hæc nostra suggestiuncula vobis detulerit, sicut vestra in omnibus bona erga nos est consuetudo, inter nos seu erga omne nostra justitia inquirere jubeatis, qualiter congregatio nostra obsecrantes Deo oratores vestros melius Dei misericordiam pro vobis delebet implorare.

*Item alio.*

X. Domino sancto ac sanctis ceremoniis obseruante Domino illo & in Christo patre ego ille salutem vobis in Domino unum cum omni congregatione fratrum nostrorum plenissimam dirigere presumimus tam vobis quam scilicet congregationem vestram, quam Dominus sub norma sanctæ regulæ ad protegendum in manu misit. Supplicamus caritatem & fraternitatem vestram ut inter nos seu monachis nostris orationes peculiares esse debeat: quia quamvis in spatiis terrarum distet corporalis nostra conversatio, sed, ut bene nostis, non separant spatia terrarum quos sociat caritas vera: quia si unus in oriente & aliud in occidente consistat, ambo pariter orando Domino in caritate glutinantur. Supplicamus etiam.

*Item alio.*

XI. Domino inclito fideliisque Deo atque regale gratia sublimato atque a nobis veneratione & amore colendo inlustre viro illo optimato illo maximam salutem & inviolabilem cupio & vobis presumimus definare. De ceterum comperiat industria vestra eò quod & altera gaudet floreatque per tempora nobilitas vestra, & quandoque terrena linquit, cœlestibus mereatis agminibus glomerare.

*Item alio.*

XII. Domino & in Christo patri apostolica sede colendo Domino illo ille proprius vernaculus vester salutem vobis in Domino multimodam definare presumimus. Cognoscat, Domne, sanctitas vestra quod serviens vester nomine illo ad nos venit & dixit se negligenter contra vos habere pro qua gratiam vestram non habeat. Propterea supplicamus, quasi ad præfens genua vestra deosculantes, ut ipse apud vos excusatus sit & eum per nostram precationem recipere & consilium ei facere ordinetis. Agat, Domne, sanctitas vestra sicut semper erga nos facere consuevit. Sanum & incoludem vos ciuitatis merear videre.

*Item alio.*

XIII. Domino almifico, excellentia decore ornato, ac beatissimo, meritissime

venerando, amabiliter diligendo, sanctitatis culmine conspicuo, ac nobilitatis titulo decorato, piissimo, five sacra eloquia seu precepta Dei plenissimo, sanctorum meritis coequando, & palma triumphationis atque sanctitatis gratia ornato, inclito praelaroque. Deus omnipotens faciat in sancta religione permanere. Venerabili in Christo & à nobis cum summa reverentia nominando illo Episcopo ego ill. in Dominino perpetuam mitto salutem. Multimoda nobis benevolentiam vestram generare comperite gaudia quotiens nobis aditus dederit opportunos ut ad indagandam sollicitatem vestram nostras dirigere apices debeamus. Quia nihil melius nisi ut invicem mutuam caritatem orando in invicem alterutrum spiritualia pabulum subministrare non cessemus, Hilare & gaudetem citius vos cernere mereamus.

*Item alio.*

XXIV. Summa veneratione nobilissimi generis seu industria vel sagacitatis culmina sublimitatis ineffabile à nobis fœlicitate vestra, Domine inlustrissime, cum summa nobis reverentia nominando illo ille exigua tam multiplices vobis salutes dirigere cupimus. & reliqua, obsecrantes piissimo Domino ut vos unā cum culminis sublimitatis vestra longa per tempora triana conservere deitas, & quandoque terrena linquens, suffragantibus sanctis angelorum mereatis cœtibus glomerare, præcellentes & inclite Domine.

*Item alio.*

XXV. Domino venerabile inlustrique sagacissimo, sed inlustriore sanctitate & gratia Dei pollente, & sacerdotiale apice sublimato, Domino illo illi alumus vester salutem in Domino vobis præsumpusimus destinare. Supplicamus, Domine, gratiae vestrae ut nos pro mercede vestra mom. instruere facias, & juxta vestram bonam consuetudinem, quod semper nos pie ut dulciter gubernare dignatus, ita & nunc agi non dedignemini, ut ad cumulum mercedis vestrae perveniat. Et si ita agitis, maxima dona fratribus nostris juxta solita bonitatis vestrae. Iterum atque iterum quasi ad præfens ante genua vestra prostrati precamur ut à cepta gubernatione vestra nos discedere nunquam patiatur.

*Item alio.*

XXVI. Reverendissimo confratri meo illo ille in Domino salutem. Cum enim longitudu terra caritati illorum non queat evelli quos Christi conneicit amor, defi-

derans desideravi literolas parvitatis meæ fraternalitati tuae dirigere, ut statim quod præfens loquelle conspectui tuo loqui non valer, vel has apices tibi enarent. Cupio valde quem recordor absentem, ut cum quo mente sum, cum eo etiam corpore sim præsenti. Divinitas te servet per multos annos, parens & custos Dei aeterni, quem colimus, Iesu Christi.

*Donatio à die præsente.*

XXVII. Sacrosancta basilica sancti illi monasterio vel alio loco illo construæ, ubi venerabilis vir ille Abbas vel Episcopus aut Presbyter cum suis Clericis vel monachis præfæcile videntur, ego ille cogitans Dei amore vel æterna retributione, ideoque cedo ad die præsente ad supradicta basilica & monachis ibi consistentes cessumque in perpetuum esse volo portiones meas in loco nuncupante illo, sitas in pago illo, quæ mihi tam de alode quam de comparato vel de quoconque liber adtracto advenit vel advenire potest legibus in suprà memorata loca, tam terris, dominibus, ædificiis, mancipiis, libertis, accolabus, merita accolatorum, vineis, silvis, pratis, pascuis, campis, cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, mobiliibus & immobilibus, cum omnibus adjacentiis & appendicieis vel coloniciis ad se pentinentibus, cum omni integritate vel superposito, quicquid dici aut nominari potest, in supramemoratos pagos vel ubicue de supradictas portionibus tenere viuis sum, totum & ad integrum ad die præsente ad jam memorato monasterio vel ad ipsos monachos ibi consistentes perpetuaueriter trado atque transundo, de meo jure in vestra trado dominatione ad possidendum, ut quicquid exinde facere voluerint, liberam ac firmissimam in omnibus habent potestatem à die præsenti faciendi. Si quis verò, quod fieri non credo, in futurum, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, aut ulla emissâ vel opposita persona, vel quislibet qui contra hanc cessionem meam, quam ego bona voluntate fieri & affirmare rogavi, venire, agere, aut resultare, vel per quibuscumque modis reprehendere aut infrangeret conaverit, nec hoc valeat vindicare quod reperit, & insuper partibus suprà memorato monasterio vel monachis ibidem consistentibus duplum tantum quantum ipsas res eo tempore emelioratas valuerint componat; & insuper fisco multa auri libra una coactus exfolvat, & hæc cessio omni tempore fir-

N n iij

ma permaneat, stipulatione subnexa. Actum loco illo.

*Ad testamentum faciendum.*

XXVIII. Regnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo, Anno illo illius Regis, sub die xxi. Kalendarum illarum, feria illa, Indictione illa. Ego ille filius illius sana mente integrōque consilio, metuens casus humanae fragilitatis, testamento meum condidi, quem illi scribendum commisi, ut quomodo dies legitimus post transitum meum advenierit, recognitis sigillis inciso lino, ut legis decrevit auctoritas, per influstrem virum illum, quem in hac pagina testamenti nostro legatorio institui, gestis reipublicae municipalibus titulis eius prosecutionibus ab ipsis muniantur, & in archivis basilicæ sancti illi conservandum decrevi, ut quicquid unicuique de rebus meis propriis habere decrevi, singulariter in hoc testamentum meum inferre curavi, in reliquo vero qualecumque aut quecumque epiftulas aut testamenti vel conscriptionis de nomine meo manus meas firmatas ostensâque fuerint, & ante hoc testamentum prænotatas, quas hic non commemoravero, excepto de ingenuitatis quas pro anima mea remedio fecimus aut adhuc facere volumus, vacuas permaneant, & quod unicuique per hoc testamentum dedero darique iussero, id ut faciat detur, præstetur, impletatur, te omnipotens Deus testem committo. Quapropter dum non habetum incognitum qualiter dispensante Deo ad habendum vel possidendum loca sanctorum illorum de rebus meis propriis delegavi in perpetuum ad possidendum, dedi quoque ad basilica illa portiones meas atque denominateda, id sunt illa, quicquid in ipsa loca superius nominata habere videor, totum & ad integrum ad basilicas superius nominatas proficiat in augmentum. Illas vero cefiones quas ad libertos nostros illos ad eorum ingenuitatis confirmandas fecimus, id sunt ille & ille, quando ipsos pro anima nostrâ remedium ingenuos dimisimus, ut dum adiuvunt hoc teneant & post eorum discessum cum omni superposito ad jamdieta Ecclesia sancti illius, ubi eis patrocinium & defensionem constituiimus, revertere faciant. Volumus enim ut ingenuos quos fecimus aut in antea fecerimus, quanti cunque in ipsa loca manent quod ad sancta Ecclesia illa delegavimus, inspecta eorum libertate super ipsas terras per ingenuos commanent, & aliubi commanendi

nullam habeant potestatem, sed ad ipsa loca sancta debeat sperare, & nullus de ipsis lidemonio ad nos heredes nullatenus reddant, & de hoc quod aliquibus eis per chartas dedimus, nullatenus aliubi vendere nec alienare habeant licentiam. Similiter donavimus donatumque in perpetuum esse volumus ad monasterium illum, ubi venerabilis Abbas ille preefse videtur, viillas illas in pago illo cum omnibus adjacentiis vel appendiciis earum, quantumcunque ibidem tenere vel possidere videatur, per quolibet adtracto ad nos pervenit aut legibus venire debet, totum & ad integrum cum omni superposito à die praesente in honore sancti illius vel Abbatii tradimus ad possidendum, cum domibus, adiunctis, mancipiis, accolabus, libertis tam ibidem oriundiis quam aliunde translati vel ibidem commanentibus, vineis, silvis, campus, terris cultis & in cultis, pratis, aquis aquarūque decursibus, cum exio & regreffe, omne genitum pecudum tam magiore, mobilibus & immobilibus, omnem rem inexquisitam, tam aurum quam argento vel reliquias fabricaturas, tam ministeria Ecclesiæ vel strumenta chartarum, libros vel vestimenta Ecclesiæ, vel omni præsidio quod mihi legibus vivens possidere video & mihi redibetur, & quicquid dicunt nominari potest, totum & ad integrum ad jamdieta monasterio sancti illius proficiat ad augmentum, inspecko illud instrumentum quod antea ad jamdieta monasterio fecimus. Præter ista omnia reservamus in Falcidia heredibus nostris villas illas in pago illo, in ea ratione ut facta mea in omnibus studeant conservare atque defendere. Quod si hoc facere neglexerint, quicquid eis deputavimus perdant, & de omni corpore facultatis meæ penitus redantur extranei. Et si aliquid comparavero, aut ex parentibus meis mihi obvenerit, vel ad traxero, vel per quolibet ingenio ad nos pervenerit, quod in ipso testamento supra non commemoravimus, post nostrum discessum casâ sancti illius per rectores suos recipiat perpetualiter ad possidendum. Per praesentem testamentum basilicam sancti illius heredem meam instituo, & quicquid unicuique deputavi, fidei tua committo, quia haec quod tibi deputavi malo te habere quam me, temagis quam ceteris heredibus ac proheredibus meis. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si aliqui heredum ac proheredum meorum, vel quislibet opposita persona præ-

sentem testamentum meum infrangere conaverit vel tentare præsumpsit, in primis usque dum veram emendationem proinde corrigitur, Deo & sanctis suis habeat contrarios, & à liminibus Ecclesiastarum efficiatur extraneus, & insuper inferat ei cui pulsaverit unā cum socio fisco auro libras coactus exsolvat, & nihilominus præsens pagina firma permaneat, quam manu mea propria subter firmavi, & bonorum hominum signis vel allegationibus roborandam decrevi, stipulatione. Aetū loco illo.

*Item aliud testamentum ad locum sanctum.*

X X I X. \*\*\*\* mansus & peculiare seu merita eorum, præter tantum illa & illa loca, ad legitimos heredes servo. In reliquo vero ego jamdiutus ille quantum superius est infertum vel comprehensum, omnia & in omnibus, quicquid dici & nominari potest, ad supra scripto monasterio ejusque congregatiōne in alimento seu in stipula fera substantia pauperum ad die præsente dono, cedo, trado, atque transfundō, ut quicquid omnia supermemorata pars ipsius monasterij ejusque rectores facere elegerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem libero arbitrio. Licet vero in cessionibus minimè est neccesse pœnam inferere, sed tamen pro rei totius firmitate mihi complacuit intimare si fuerit, quod nec fieri credo, aut ego ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus aut proheredibus meis, vel quislibet potens aut inferior vel emissā persona qui contra præsentem epistolam donationis, quam ego plena & devota voluntate fieri & adfirmare rogavi, venire aut eam infrangere tentaverit, aut aliqua calumnia aut repetitione vel refractione insurgere aut opponere conatus fuerit aut præsumpsit, in primis tantum quantum ipsas res eo tempore melioratas valuerint, contra cui pulsatur seu partibus jamdiutus monasterij componere & satisfacere adimpleatur, insuper unā cum socio fisco aurum tantum coactus exsolvat, & sua repetitiō nullo unquam tempore non obtineat effectum, & hæc donatio omni tempore inlibata permaneat, stipulatione subnixa. Aetū in loco illo.

*Confirmatio traditionis ad monasterium.*

X X X. Notitia locum traditionis qualiter vel quibus præsentibus, qui subter firmaverunt, ubi veniens homo alicus nomen ille vocatus monachus ad illas quod ille ante hos annos per suam epistolam donationis ad monasterio illo, quod est in honore sancti illius, ubi ille Abba unā

cum congregatione monachorum præesse videtur, jamdiutus ille in villa illa qui vocatur illa, & ad præsens fuit, & per unamquamque villas & loca per singulas per portas & per ostia de ipsis villas vel de illas casas dominicas jam præfatus ille ad Misso de ipso monasterio vel ipsius jamdiutus Abbatis illius nomen ille, omnia quantum in illa epistola donationis est infertum vel comprehensum, in omnibus tradidit & consignavit & cum de ipsis res in omnibus vestrum & pillo & fistula exinde in omnibus se exitum dixit & fecit. His præsentibus actum fuit.

*Qualiter parentes filios suos offerant in monasterio.*

X X I. Dum legaliter sanctum antiquitus teneatur & cautum cum oblationibus Domino parentes suos tradere filios in templo Domini feliciter servituros, proculdubio hoc de nostris filiis faciendum nobis salubriter præbet exemplum. Aequum etenim judico creatori nostro de nobis reddere fructum. Idcirco hunc filium nostrum nomine illi, cum oblatione in manu atque petitione altaris palla manu mea involuta ad nomina sanctorum quorum hic reliquiae continentur, & Abbate præsente, trado coram testibus regulariter permanfurum, ita ut ab hac die non licet illi collum de sub jugo regulæ excutere, sed magis ejusdem regulæ fideliter se cognoscat instituta servare & Domino cum ceteris gratianti animo militare. Et ut hæc nostra traditio inconclusa permaneat, promitto cum jure jurando, coram Deo & angelis ejus quia nunquam per me, numquam per suspectam personam, nec quoilibet modo per rerum mearum facultates aliquando egrediendi de monasterio tribuan occisionem. Et ut hæc petitio firma permaneat, manu mea eam subter firmavi. Iste fuit testes.

*Promissio stabilitatis in monasterio.*

X X II. Ego ille initio convertagonis meæ diligenter adtendens considero quod petitiōnibus meis primum non facilis conceitus est introitus, sed diu mihi pulsanti vix hospitiū locus est misericorditer adtributus, in quo per paucos dies demoratus, noviciorum sum domum progressus, in qua mihi dura & aspera primum a seniore sunt prædicata, & stabilitatis meæ promissio expedita, & ter in anno lecta atque tradita regula cum admonitione dicentis: Ecce lex sub qua militare vis. Si potes observare, ingredere. Si non

potes, liber discede. Hoc ergo videns, ordinatissimum atque morosum mihi spatum adtributum dubitans aditum prætermisso ut me jam vestro corpori sociare dignemini humiliter depofco. Ego tamen hujus regulæ instituta Domino juvante servare promitto, & propter vita æternæ premium coram Deo & angelis ejus humiliter militaturum subficio, ita ut ab hac die non mihi liceat collum de sub jugo excutere regulæ, quia sub annali optione aut excusare licuit aut fufcipere. Et ut hæc profissionis meæ petatio à vobis firmiter teneatur, ad nomina sanctorum quorum hic reliqua continentur & praefentis Abbatis illi, conscriptam trado in perpetuum habendam, & manu mea roboratam super altare repono perenniter reservandam.

Ego ille promitto stabilitatem meam & conversionem morum meorum & obedientiam secundum regulam sancti Benedicti coram Deo & sanctis ejus.

*Petitio quam ante votum monachi quilibet facere debet.*

XXXIII. Domino venerabili in Christo patrillo Abbatи de monasterio illo, qui est constructus in honore sancti illius, simul cum felici congregatione vestrа, quam Dominus de diversis provinciis ad peregrinandum propter nomen suum sub jugo militia atque servitutis Christi atque ala protectionis secundum evangelium Christi regulariter vobis coadunavit. Igitur audivimus quod Dominus noster Iesus-Christus per evangelium suum adnuntiat dicens: *Nisi quis renuntiaverit omnibus que possidet, non potest esse meus discipulus.* Et alibi: *Qui reliquerit patrem aut matrem, fratres aut sorores, domus aut agros, & cetera propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit.* Petimus ergo beatitudinem caritatis vestræ ut nos in ordine congregations vestræ dignemini recipere, ut ibidem diebus vita nostra sub regula beati Benedicti vivere & conversare debeamus, quatenus suave jugum Christi & onus ejus leve fentiamus. Igitur nostra fuit petitio & vestræ decrevit voluntas id ipsum implere, quod ita fecistis. Abrenuntiamus ergo omnibus voluntatis nostris propriis, ut Dei sola voluntas fiat in nobis, & omnibus rebus quas possidemus, sicut evangelica & regularis traditio edocet. Nihil rebus terrenis ab hac die possessuros nos spondimus, nisi quantum à patre monasterij donante aut permittente alimenta aut tegumenta corporis acce-

Luc. 14.  
Matth. 19.

perimus. Obedientiam vobis, in quantum vires suppetunt, & Dominus dederit nobis adjutorium, conservare promittimus. Stabilitatem conversationis nostra in congregacione vestræ teste Domino de-voto animo cum observatione regulæ usque in finem profitemur servare, nisi tantum, quia ignoramus futura, si fortasse causa utilitatis anime accedat ut per verstrum comitatum discedamus, aut etiam illud si contra voluntates nostras, quod absit, separemur à principibus vel à barbaris; & ipsum si fuerit factum, in quantum postulamus, semper ad ipsam congregationem revertere faciamus, & sub sancto ordine perseveremus, in reliquo vero per nullum ingenium de predicta congregatione vestræ vel jugo sanctæ regulæ seu de potestate obedientiæ vestræ nullam habeamus licentiam nos abstrahendi aut contradicendi. Quod si instigante antiquo hoste aut voluntate nostra propria hoc facere tentaverimus, in nullis modis hoc vindicare valeamus, sed ubique nos Missus vester aut aliquis ex congregacione vestræ invenerit, etiam nobis noalentibus, in ipsa vestræ sancta congregacione Deo auxiliante per vosmetipos faciatis revocare & secundum regulam ibidem nos dijudicare, ut diebus vite nostra sub divina regula & regimine vestrø perseveremus; qualiter in die judicij ante tribunal æterni judicis ipso adjuvante salvos nos representare possitis. Et quicunque contra hanc petitionem, quam nos bona voluntate scribere rogavimus & subter firmavimus, per quemlibet modum agere aut infrangere voluerit, in primis sciat se à Deo damnandum, quem irritat, & insuper secundum canoniam institutionem à communione omnium fratrum sit extraneus usquequo de hac causa ad veram emendationem perveniat. Manus nostræ subscriptio ad honorem Domini & patroni nostri sancti illius hanc petitionem volumus roborare.

*Ipsa promissio.*

XXXIV. Ego ille, Domne Abba ille, obedientiam vobis secundum regulam sancti Benedicti, juxta quod in ista petitione continetur, quam super iustum altare posui, coram Deo & sanctis ejus, in quantum mihi ipse Deus dederit adjutorium, Deo & vobis promitto custodiare, & in quo possum ipso auxiliante conservo. Amen.

*Exemplar*

*Exemplar promissionis sicut solebant antiqui monachi regulam promittere.*

XXXV. In nomine Domini. Promitto me ego ille in sacro monasterio beati martyris five confessoris illius secundum instituta beati Benedicti coram Deo & sanctis angelis ejus, praesente etiam Abbatte nostro illo, omnibus diebus meis in hoc sancto monasterio amodo & deinceps perseveraturum & in omni obedientia, quodcumque mihi praeceptum fuerit, obedientium. Ego ille hanc promissionem a me factam manu propria coram testibus scripsi & roboravi.

*Indiculus pro monacho qui fugerit de monasterio.*

XXXVI. Domino illi ille. Suggerentes sanctitatem vestram, certi de vobis quia veritatem animosa pietas non refusat, nec fides recta aliquando patitur quamcumque jastruram. De cetero cognoscatis quod noster frater ille, qui in monasterio nobiscum fuit nutritus, tonsuratusque est, obedientiam coram Deo & sanctis ejus ac stabilitatem promisit, atque in nostra clericatus officio ipse ordinatus est, hoc ipsum oblitus discessit a nobis & reddit post satanam, sicut reverti solet canis ad vomitum suum, & sus lata in volutabro luti, & nunc honorem seculi diligens, divitias ac terrenis rebus sectans, vobis sum degens. Vos tamen scitis quicquid sacram divina lumina verbis eloquio sensisse docent, quod nemo mittit manum in aratro, apisciens retro, aptus est regno Dei. Nec vobis latet quid facere canones de hac re commendant, vel regula atque tractatores sancti expouerunt. Hac enim vos cuncta relegentes, memoriter retinetis quod animo sentienti bibistis. Nam sancta synodus Nicena ordinat ut si quis in monasterio nutritus usque ad summum studium fuerit, & postmodum discesserit, nisi revertatur, desertoris criminis damnatur. Et iterum: *Si quis suscepit monachum alienum, ambo excommunicandi sunt.* Canones vero Chalcedonenses ita praecipiunt, ut monachus in oratione & jejuno permaneat in loco in quo renuntiavit seculo. Diferentem vero excommunicatum esse decreverunt. Canones autem

*Concil. A-* Agathenses ita pronuntiant: *Monachum nisi per Abbatis sui permisum ad alterum monasterium migrantem nullus tenere presumat.* Canones vero Augustinianenses ita statuant, ut nullus monachum alterius

*Concil. Chalced. c. 17.* *Concil. S. Leodigiani c. 10.*

Tom. II.

absque permesso Abbatis sui presumat retinere. Regula namque sancti Benedicti, quam ipse promisit in omnibus custodire, ita ediscerat: *Sciens se lege regule constituta Regula 5.  
Bened. c. 18.*

*quod ei ex illa die non licet egredi de monasterio nec collum excutere de sub iugulo regale.* Et paulo post: *nec ex illa die proprii corporis potestatem se habiturum sciat.* Quid multa replicem? Vos sensibus doctis utimini. Nec mihi pluribus verbis opus est vobis scribere. Quaecunque enim a me potuerunt dici, haec jam divina gratia vobis contulit. Oportet namque ut doctrinae jungatur vita fidelis. Agnosci gravius non observanda nocebit. Vos autem secundum datam a Deo vobis sapientiam facite eum ad locum unde exiuit reverti, ut agat penitentiam. Scientes autem quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viae sua, salvabit animam ejus a morte, & operit multitudinem peccatorum. Nec vobis decet hominem perverso ambularem secundum desideria cordis sui auxilium praestare ut magis ac magis eat in interiorum. Sed auferite malum ex vobis: quia qui tangit picem, coquinabatur ab ea. Et nec abscondere potest homo ignem in sinu suo ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas ut non comburentur plantae ejus; sic qui consenserit iniuriam non erit mundus. Iste, qui excommunicatus est, nolite ei communicare, ne bonorum vestrorum premia amittatis; sed cum sanctis patribus, qui hujuscemodi hominem excommunicaverunt, partem habere mereatis. Et ubi cunque fuerit, Abbatii suo auctoritate canonum revocetur.

*Canon Chalcedonensis: Non licet Clericum concil. conscribi simul in duabus Ecclesiis, & in qua Chalced.*

*ordinatus est, & ad quam profugit quasi ad C. 10.*

*potiorem, ob inanis glorie capitatem. Hoc autem facientes revocari debere ad Ecclesiam in qua primitus ordinati sunt, & ibi tandemmodo ministrare. Eos vero qui ausi fuerunt ex his que sunt prohibita perpetrare, a proprio grada recedant. Et ne quis Clericus qui derelicta Ecclesia sua, nulla causa existente probabile, vagatur, per alias Ecclesias suscipiatur in communionem, Canon Aurelianensis. Ministrorum in quibus cunque locis ordinati fuerint, pervagati, ubi cunque inventi fuerint, cum auxilio Episcopi tanquam fugaces sub custodia revocentur. Et reum se ille Abbas futurum Concil. Agath. c. 17.*

*Cone. Arez.  
lat. l. c. 2.*

*Concil.*

○○

*Qui monasterium in proprio adificat,  
qualiter chartam faciat.*

X X X V I I . Antiqua legum auctioritas & Principum decreta sanxerunt ut uniusquisque , dum manet in corpore , de propria quam possidet facultate voluntatem suam literis inserat , ut perennis temporibus inviolata permaneat . Quapropter dum non habetur incognitum qualiter ego ille una cum consensu Galliarum Pontificum in re mea propria , qua ex successione parentum meorum mihi obvenit , monasterium in honore sancti illius adificavi in loco nuncupante illo , in pago illo , in fine illa , & confituiimus ibi Abbatem nomine illum , qui ibidem sanctum ordinem Deo auxiliante gubernare faciat & suis monachis ibi constitutus , & per ejus ordinacionem ipse sanctus ordo perpetualiter sit institutus & conservatus . Propterea donamus & donatum in perpetuum esse voluntus ad jam nominato monasterio sancti illius vel ad Abbate illo ipsum locum ubi ipse monasterius est construtus , cum omnibus adjacentiis & appendiciis suis & locella seu colonicis in villas illas in pago illo . Ita omnia quae superius memoravimus , cum omnibus adjacentiis vel appendiciis eorum , quantumcumque ibidem tenere vel possidere videmur per quolibet adtraicto , totum & ad integrum cum omni supraposito ad die praesenti in honore sancti illius pro remedium animae meae vel eterna salute dedimus , cum dominibus , aedificiis , mancipiis , accolabus , libertis , vineis , filiis , campis , pratis , pascuis , aquis , aquarumque decursibus , strumenta chartarum , libri , vel vestimenta , seu ministeria Ecclesiae , mobilibus & immobilibus , omnem rem inquisitam , quicquid dici aut nominari potest , totum & ad integrum ad supra scripto monasterio vel jam dicto Abbati cum monachis suis perpetualiter protegente Domino tradimus ad possidendum . Et dum omnes Praefules & nobiles personae agnoscunt & comprovincialibus nostris cognitum est quod ego ille in mea repropria jam nominatum monasterium adificavi vel coenobiolo sancto ibi constitui propter Deum , vel quicquid exinde facere volo , praesenti tempore in omnibus mihi maneat libera potestas , propterea per praesentem paginam cum consensu supra memoratorum Pontificum constituo ut nullus Episcopus alius civitatis , aut Archidiaconus , vel quilibet ex clero , aut actores Ecclesiae , nullum ibidem praesu-

mant exercere dominatum , non ad manionaticos aut repastos exigendo , non ad ministeria describendo , non ad Abbatem mittendo . Cum vero necesse fuerit christiana petere , tabulas aut altaria consecrare , sacrificiorib[us] benedici , Abbas vel monachi ibidem confitentes , a quoque de sanctis Episcopis sibi elegerint qui hoc agere debeat , licetis sit eis expetere , & illi hoc benedicere vel consecrare . Si vero caritate exigente Pontifex quilibet ab Abbatie loci illius ibi fuerit invitatus , simpliciter quae ei a fratribus offeruntur accipiat , nulla exenia vel munuscula amplius eis queratur , neque de omnibus rebus ipsius monasterij nullam habeat potestate . Cum vero Abbas ipsius loci acceperit transitus , quemcumque de semetipsis monachi ibidem habitantes secundum regulam sancti Benedicti meliorem invenerint , ipsum Abbatem ibidem constituant . Quod si ipse seip[s]is talen[n]on invenerint , cum communis consilio illi sanctiores monachi aliunde regulari[us] Abbatem , qui eos sub regula sancti Benedicti regat , elegendum in eorum maneat potestate . Quod vero Deus avertat , ne ibi sanctus ordo tepecat , & ipse Abbas hoc emendare non pravalet aut negligat , potestas maneat ipsius monachis ubicunque in propriis monasteriis rectius & sanctius secundum regulam sancti Benedicti invenerint , expetere , & per eorum salubre consilium ipsum sanctum ordinem regulariter emendare . Quod si Pontifex vel aliquis ex ecclesiasticis ministeriis quilibet vel aliqua emissa persona contra ipsum Abbatem vel ejus congregationem de supradictis ordinibus vel benedictionibus vel de rebus meis propriis monasterij per quoque strumento aut quoque modo ad ipsam calam fuit vel inantea fuerit delegatum , additum , commutatum , vel concessum , vel quicquid ad ipsum monasterium vel ad eorum homines pertinet , aliquid calumnare aut inquietare vel per quolibet ingenium minuare tentaverit , a glorio[us] domino , quem tunc Deus regnum Burgondie gubernare permisit , hoc protinus emendetur . Preco[rum] igitur glorio[us] domino qui est temporibus modernis , & futuri successoribus Deus regnum Burgondie gubernare permisit , & per Dei tremendum iudicium adjurare prae sumo ut praesentem paginam vel facta mea ex iudeo coenobiolo meo sua fortitudo contra omnem ad veritatem pro mercede sua post Deum

jubeat defensare atque solidum in omnibus custodire, ut nullatenus ab infestatione malorum hominum possit intrupi, sed delectet ibidem Abbatii vel sacerdotibus seu monachis ibidem consilientibus pro vita ipsius & filiorum ejus vel exercitu & omni populo catholico quieto ordine Dominum supplicare. Si quis verò.

*Qualiter privilegium condatur.*

XXXVIII. Dominis apostolicis presentibus temporibus & futuris, quicunque sub fide catholica pastorali sectantur officia, ille Episcopus Christi humilis. Opportunum est etiam ut Deum timentes propter ventura futurá judicia diligenteribus Deum bonum operare, quatenus qui Pontifex vocatur in populo, timentibus Deum succurrat affectus, ut qui seculum calcant & Christo servire desiderant, per consilium pastoris quieti ab omnibus infestationibus vivant. Quapropter dum non habetur incognitum qualiter monasterio in pago illo, qui dicitur ille, quem illuster vir ille in alode proprio construxit, & pro totius defensionis studio per suam epistolam ad precellentissimum Domnum Regem Burgundie ipsum monasterium aspicere decrevit, ut communis mercis illius pro fundamento & regale clementia pro defensionis auxilio crescat apud Deum, & nobis jamdicto domino gloriose Regi illo opportunum est petere ut privilegium monachis ibidem habitantibus deberemus largire, ob hoc maximè quia solet contingere ut morientibus religiosis Episcopis, pastoralē locum suscipiant seculares, & res quæ pauperibus fuerunt condonatae magis per gasindos quam per sacerdotes dispergantur, & ecclesiastica vita neglecta conlata bonorum magis per venatores & canes &c, quod est gravius, per meretrices expendantur, vel religionis norma distracta levitate laicorum secularia injustè consentiantur, & per eorum iniqua consilia monachorum vitam conturbare præsumant. Propterea ergo ab hac parte semper Christo proprio direttore dirigentes communī voluntate ille Episcopus & ceteri consensimus ut in eis privilegium claro animo confirmaremus. Statuentes ergo jubemus sub testimonium sanctae Trinitatis & pretium sanguinis Christi coram Deo & angelis atque archangelis ut de predicto monasterio illo vel quicquid ibidem tam regio munere quam privatorum vel quibuslibet rebus atque corporibus est conlatum aut inantea

Tom. II.

conlatum fuerit, ut nullam exinde Episcopus civitatis illius habeat potestatem, neque Archidiaconus illius, vel ministri & actores Ecclesiae, aut quislibet ex clero in rebus predicti monasterij nullum presumat habere principatum in nullam omnino rem quod dici aut nominari potest, non pro pasto exactandum, non pro manionaticos requiriendum, non pro totius omnino re repetendo, non pro Abbatem constitundo, non pro minifteria discriminando, non pro altaria aut tabulas consecrando, non pro sacros ordines dedicando, illius civitatis Episcopus nullum ibidem præsumat habere accessum, nisi fortasse per communem consensem Abbas vel ipsa congregatio eum caritatis gratia pro sancta vita meritis crediderit evocandum. Et si fortasse ab eis fuerit evocatus, non hoc in confuetudine verrat, nec munera exinde requirat, sed simpliciter qua à fratribus sibi fuerint oblata, & expleto caritatis officio, ad propria, sicut de reliqua Regis domo, cum pace dicas, quia dignum est ut quod Rex hujus seculi cum suis proceribus pro commune salute voluit esse construtum, sub integro privilegio sit in perpetuum à calumniandi occacionibus conservatum. Confirmamus igitur jure perpetuo ut cum Abbas ipsius cenobij de hac vita migraverit, quemcumque sibi monachi ibidem habitantes secundum Deum elegerint, absque ullo arbitrio civitatis ipsius antefitis ipsi sibi monachi pastorem instituant, qui corum sacrum ordinem instanter attendar. Cum verò fuerit opportunum Ecclesiam dedicare, aut sacros ordines benedici, vel tabulas consecrare, quemcumque de religiosis Episcopis Abbas ipse vel monachi libi voluerint invocare, in eorum maneat potestate. Et si, quod absit, ibi ordo sanctus tepescat, & Abbas monasterij hoc per se emendare neglexerit, aut etiam ipse cum monachis statuta regularia servare contempserit, etiamsi vix pauci videantur de monachis quorum religio in Christo proficiat, protestassis maneat quemcumque sibi elegent de proximis monasteriis quem rectius & sanctius secundum regulam sancti Benedicti invenierint expetere, ut corum salubri consilio studeant sanctum ordinem revocare. Stauimus etiam mulierum accessus intra portas monasterij nullatenus fiat. Si quis itaque constitutionem praesentem pro quoquinque conludio mutare conaverit, reus omnipotenti Deo effectus à

O o ij

pace Christianorum omnium habeatur extraneus, & indissolubili anathematis vinculo vincetus fortè damnationis Iudee proditoris incurat. Quod privilegium ut in perpetuo tempore conservetur, stipulatione submixa, manu propria.

*In Dei nomine. Incipit epistola quæ formata dicitur sive commendatitias.*

XXXIX. Reverentissimo atque religiosissimo & à nobis cum summa veneratione nuncupando illi Episcopo ego ille extremus sub pontificali officio Deo famulantem perpetuam in Domino Iesu opto salutem. T.T.A. T A A A L I. D L X X V. Præfens frater noster ille petit ab extremitate nostra licentiam ad vestram almitatem proficisci atque vobis sive cum vestris habitandi. Cui & nos benivola mente & fraterno affectu, non solum ei copiam ad vos veniendo non negavimus, verum etiam ut à vobis sive à vestris gratificè suscipiatr expofcimus. Et si vobis placuerit ut aut in gradu quem modò tenet sacris altaribus ministrer, aut ad altiorem gradum promoveatur, nostro sive nostrorum testimonia fufcepto, id ei facere liceat, quippe qui nihil in eo tale noverimus quo id faciendo ei licentia denegetur. Bene namque in Ecclesia in qua haec tuus fuit educatus, bene conversatus, hoc nobis de se sive de sua vita ostendit ut, in quantum humana fragilitas scire potest, administratione sacrorum ministeriorum non sit indignus. Nos itaque, ut homines divini sensus inficij, & arcanorum ignari, præbemus de fratre quale scimus testimoniun. Deus est enim quem occulta non fallunt, & qui omnium secreta rimatur, juxta ilud: *Homo videt in facie, Deus autem in corde.* Has ergo litterulas ideo illi petere & nobis facere libuit ut ille non solum pro profugo aut abjecto non habeatur, verum etiam nostræ humanitatis & caritatis commendatione, à vestra fraternitate libentissime suscipiatr. A MHN. XCVIII. Salus æterna, quæ Christus est, & in hoc præsenti tempore vobis longævam salutem & in futuro cum sanctis & electis sempiternam largiri dignetur. Amen. D C X C I V.

*Item alia.*

XL. In nomine Patris II & Filij Y & Spiritus sancti A. Ille Episcopus venerabilibus Præfulibus illis carissimis nobis patribus & confratribus pacem omnem & salutem sempiternam. Audientes præsentem Ecclesiæ nostræ filium illum, in eadem quoque natum, nutritum, atque cru-

ditum, & usque in presbyterij dignitatem à nostro præcessore provectum, vobis vestraeque Ecclesiæ necessarium esse & utillem, mutua caritate & fraterne compunctione definiamus eum vestre paternitati, ut in omnibus, sicut ex vestris uno, illo quoque utamini in Christo, hoc scientes, quia nullius malæ famæ apud nos usque nunc fuit, vita honestus, moribus simplex. Scientia quidem non extollitur à nobis; quia nec potest Homerica, sed, ut ita dicamus, ut in pluribus non-civilibus sed exterioribus vulgo egonica. Et quia non divisæ sed unica est Ecclesia Christi, non multiformis, sed concors, inter nos etiam quedam familiaritas præ aliis familiaritatibus animata, decet omnino ut & vos utamini nostris ut vestris, & nos vestris ut nostris. Hæc omnia invicem agamus in Christo Iesu Domino nostro. Et ut hæ nostræ humilitatis litteræ de præfato fratre vestrae caritati missæ non fixæ, sed fixæ, non ventosæ, sed firmæ compeneri valeant, Græcos apices, quos ecclesiasticus mos in hujusmodi rebus agendis decrevit, constituit, & obtinuit, subter addere cum numeris ad se pertinentibus curiosè decrevimus, hoc est, primos quos jam superius posuimus Patris II, Filij Y. Spiritus sancti A, qui exprimunt numerum octogenarium quadrigenitum & primum. Petri quoque Apostolorum principis primam II, qui habet numerum, ut jam dictum est, octogenarium. Nostri quoque nominis primam, vestri secundam, accipientis tertiam, nostræ quoque civitatis, de qua scribitur, quartam, & vestrae, ad quam scribitur, quintam, Indictionis quoque præsentis anni numerum, & summam utriusque numeri. Addidimus præterea seorsum in conclusione epistola univerfa prafata, claudentes nonagenarium & nonum numerum, qui secundum Greca elementa significat. Orate pro nobis orantibus pro vobis. Amen.

*Item adhuc alia.*

XLI. Clarissime in Christo atque sanctissimo fratri illo Episcopo itemque ille indignus Archiepiscopus in Domino salutem optat. Præfens denique Presbyter ille nomine ad nostram configit exigitatem, nobis rememorans qualiter ancestor noster Dominus Ioseph cum ordinavit per depreciationem Fredegisi Abbatis in titulo sancti Martini in villa quæ dicitur illa, & recordans quod nos in ipso die sive ordinationis eum inquisivimus. Ideo ad vestram

misimus ipsum prudentiam, ut in vestra illi licitum sit suum peragere parochia officium. Et ut certius creditis à nobis ipsum ordinatum, hanc epistolam, quam formata dicimus, concludimus eo tenore ut credimus à sanctis patribus constitutum esse, id est, primā litteram Patris & Filij & Spiritus sancti, ut in nomine ipsius condita conservetur. Item primam litteram Petri ponimus, qui primus Apostolorum fuit, quæ, ut transtulimus, L x x. significat. Ponimus ad nostrorum nominum litteras loci quamvis diversorum ordine tamen ut constitutum est, id est, me indignum primam litteram, vestri gloriōsi secundam, tertiam civitatis nostræ de quamittitur, quartam vestram urbis ad quammittimus. Addidimus Indictionem quæ est. AMHN. quod nonagenarium nonum numerum exprimit. Valete in Domino.

*Item adhuc alia.*

**XLII.** Reverentissimo almiflūque religionis cultu sincerissimo sanctæ illius sedis Archiepiscopo vel Episcopo Adventius reverenda Mertensis Ecclesiæ ac plebis ipsius humilis famulus in Christo pastorum principe mansuram cum gaudio prosperitatis & perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum CCCXVIII. patrum Nicæa constitutorum saluberrima ferventes, Deo dignam piämque fraternitatem vestram canonice aggredimur, & sub nomine formatæ epistolæ reverenter vestram sanctitatem adimus, vobis videlicet intimando quia præsentí Presbytero vel Diacono seu Subdiacono nomine ill. has dimissorias dedimus litteras, quem in nostra dioecesi ecclesiastice educatum de ordine clericatus ad illum proveximus gradum; ut his canonicis munitis apicibus, cum nostra licentia ei in vestra parochia sub defensione ac regimine vestræ cara dilectionis degere licet, & ut eum, si morum probitas & doctrinæ dignitas suppetit, ad ecclesiasticos ordines promoveat fideliter annumbus, & in finu sanctæ matris Ecclesiæ canonice fovendum ac regendum committimus. Hanc ergo epistolam Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, & anulo Ecclesiæ nostræ bullare censimus. Christus pastorum princeps fraternitatem vestram ad custodiæ fui gregis diu nobis conservet incolumem. Amen.

*Exemplar libertatis.*

**XLIII.** Auctoritas ecclesiastica pateretur ammonet, insuper & majestas re-

gia catholicae religioni assensum præbet, ut quemcumque ad sacros ordines ex familia propria promovere Ecclesia quæque delegerit, in praefentia Sacerdotum, Canonorum simul & nobilium laicorum, ejus cuius subjectus est subscriptione vel manumissione sub libertatis testamento solemniter roboretur. Idcirco ego Adventius annuente Christo sancte Metrensis Ecclesia Episcopus quandam Ecclesias nostræ famulum nomen ill. sacerdos ordinibus oblatum ad altaris cornu nobilium viorum in praesentia per hoc auctoritatis testamentum statuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus atque ab omnibus servitio vinculo securus permaneat, tanquam si ab ingenuis suis parentibus procreatus vel natus, candemque perget partem quamcumque volens canonice elegerit, ita ut deinceps nec nobis neque successoribus nostris ullum debeat noxia conditionis servitium. Sed omnibus diebus vita sua sub certa plenissimâque ingenuitate, sicut alijs cives Romani, per hunc manumissionis atque ingenuitatis titulum bene semper ingenuus atque securus existat. Suum vero peculiare quod habet, aut quod abhinc asséquui poterit, faciat inde secundum canonican auctoritatem liberè quicquid voluerit. Et ut hac ingenuitatis pagina inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria illam roboravimus.

### ISONIS MONACHI SANGALLENSIS FORMVLÆ.

*Traditio ad monasterium.*

**XLIV.** Humano genere peccatorum maculis fauciato atque ob culpam inobedientia à paradisi gaudiis dejecto, inter cetera curationum medicamenta etiam & hoc Deus mundo remedium contulit ut propriis divititis homines suas animas ab inferni tartaris redimere potuissent, sicut per Salomonem dicitur: *Redemptio animæ prov. 13. viri, proprie divitiae ejus.* Hinc & per metapsam divina clementia in evangelio hortatur dicens: *Date, & dabitus vobis. Luc. 6. & 11.* Et iterum: *Date elemosynam, & omnia munda sunt vobis.* His igitur atque aliis scripturarum ammunitionibus ego Wolflugi compunctus trado atque transundo ad cenobium sancti Galli, ubi Grimaldus Abbas præesse dinoscitur, quicquid in pago Turgauensi in loco Rammisperage

O o iij

nominato proprio sudore Starichofius adquisivit, & cum manu advocati sui Richmari ad prædictum cœnobium contradidit, mihique & legitimæ meæ procreationi sub ea ratione possidendum de-reliquit ut censum exinde annis singulis perolvamus, id est, duos denarios vel duos maldros de grano. Si autem ego illas redimere velim, cum uno solido id agam. Si vero ego illas non redimam, legiti-heredes mei sub prædicto censu eas possideant. Si autem hoc evenerit ut legitimi heredes mei deficiant atque in sua ingenuitate non permaneant integrerrimè, statim ad prædictum redeant cœnobium per-pe-tualiter possidendum, nullaque eas ulterius licentiam abstrahendi habeat, sed pro remedio animæ meæ necnon & Starichofli semper illuc sint delegatæ, cum pratis, pascuis, silvis, marchis, viis, aquis, aquarumque decuribus, culti & incultis, mobilibus & immobilibus, quicquid dici vel nominari potest. Hanc autem traditionem ideo ego facere volui quia illa prior traditio quam Starichofius fecit, non perfecta nec litteris fuit mandata. Quod si ego ipse vel ultra opposita persona contra hanc traditionis chartulam venire tentaverit, auri uncias tres, argenti pondera quinque ad æarium Regis coactus perfolvat, & effectum quem inchoavit non perficiat, sed haec charta stabilis & firma permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum in ipso cœnobia sancti Galli, præsentibus istis quorum hic signacula continentur. Signum Wolfugi, qui hanc traditionem fecit. Sig. Heitar. † Amalunc. † Witigouvo. † Tagibreht. † Ricman. † Enno &c. Ego igitur illo immersus monachus rogatus scripsi & subscripti. Notavi diem dominicum i.v. Kal. Iun. anno xiiii. regni Lodoici, sub Odalrico Comite.

*Item alia.*

XLV. Ego in Dei nomine illa cum manu advocati mei nomine illo trado ad monasterium sancti illius mancipia totidem, quorum haec sunt nomina. Sed extra hos unum servum emptum nomine illo. In ea videlicet ratione ut ea habeam tempus vite meæ, censumque annis singulis solvam, id est, tantum. Et si redimere volero, eum tanto redimam. Illum vero supranominatum servum nomine illo in eundem censum habeam tempus vite meæ. Et si redimere volero, cum tanto pretio redimam. Post obitum vero meum, si ante non redimero, omnia ad jamdictum

monasterium redeant perpetim possiden-da. Si quis vero contra hanc chartulam traditionis venire atque intrumpere tentaverit, illa multa componat sicut in lege Alamannorum continetur. Actum in illo loco publicè &c.

*Præstaria.*

XLVI. Christi enim favente clementia ille Abbas monasterij illius sancti. Convenit una cum consensu fratrum nostrorum ut illa'mancipia, quæ nobis ille de illo loco tradidit, ei iterum per præstarium repræstaremus, quorum haec sunt nomina, illum & ejus sobolem his nominibus, sed extra hos unum servum emptum, in ea videlicet ratione ut ea habeat tempus vita-sæ, censumque annis singulis inde solvat, & si redimere voluerit, cum illo pretio redimatur. Illum vero supranominatum servum illum in eundem censem habeat tempus vita-sæ; & si redimere voluerit, cum illo pretio redimatur. Post obitum vero ejus omnia ad supradictum monasterium redeant perpetim possidenda, si ante non redemerit. Actum in ipso monasterio publicè, præsentibus istis quorum hic signacula continentur. Signum Decani, Præpositi, Cellarij, Sacrararij, Portarij, Hospitarij, Camerarij. Sig. aliorum testimoni. Ego itaque ille scripsi & subscripti. Notavi diem illum, illa data, anno illo illo Imperatoris, sub illo Comite.

*Vindicatio traditionis.*

XLVII. Dum constet plurimis quod à quodam homine nomine illo advocatus cœnobij sancti illius, pro rebus quas ille in illo loco sitas ad partem jamdicti monasterij contradidit, frequenter pro illis rebus interpellatus est. Quia ex re utrinque complacuit atque convenit ut devitandæ deinceps causa contentionis præfata res, pro quibus nos & advocatione nostrum interpellat, ad nos pleniter id est ad potestatem monasterij redeant perpetim possidenda, accipiatisque à parte ejusdem monasterij aliquo territorium in confinio ville illius nomine nuncupata, hoc est, totidem juchos, sub tali conventione ut etiam deinceps neutræ ullam inquietudinem seu repetitionem moliantur. Quod si inchoatum fuerit, sit tunc pars alteri tantum culpabilis quantum expedit, & quod malo ingenio repetit evindicare non valeat, sed præfens conventionis chartula perennem obtineat vigorem, stipulatione subnexa. Actum in illo loco publicè. Signum illius Abbatis & advocati sui illius, qui hanc

conventionis chartulam perpetraverunt.  
Sig. Decani, Custoris, Præpositi, Cellerarij, Portarij, Camerarij, Hofpitarij.  
Sig. aliorum testium. Ego itaque ille roga-  
tus scripsi. Notavi diem illum, in illa da-  
ta, anno illo illius Imperatoris, sub illo  
Comite.

*Charta commutationis.*

**X L V I I I .** Omne namque quod inter  
partes diversas bonis moribus sanisque  
consilii fuerit diffinitum, necesse est prop-  
ter jurgia futura subicienda succendentibus  
temporibus subscriptionis vinculo conliga-  
re. Sic itaque complacuit atque conven-  
nit inter illum Abbatem cum advocate  
suo seu cenobij illius seu inter alios secula-  
res inter illum & illum ut simillas firmatae  
parique tenore conscriptas cambij sui  
emitterent, quas & emiserunt. Ipsum au-  
tem cambium in eisdem firmatis emissio-  
nes nominatim visum est nobis inseren-  
dum. Deinde namque memoratus Abbas  
seu alius cum manu advocati sui jamdičto  
homini illo in villa nuncupata juchos & de  
pratis ad carradas ad jus pertinens sancti  
illius, & accepit ab illo in villa nuncupata  
juchos & de pratis ad carradas, ea dun-  
taxat ratione ut pars utraque accepta jus  
cambitionis deinceps inconvolum & in-  
violabile perennibus temporibus absque  
ullius inquietudine vel repetitione possi-  
deat; siue pari diffinitione sanxerunt ut

si pars quaelibet exin calumniam ingerere,  
hoc est, si aut memoratus Abbas seu suc-  
cessores ipsius sive jamdičus ille vel illius  
heredes aliquam repetitionem moliri ten-  
taverint, sit tunc pars parti tantum culpabilis  
quantum repetere præsumperit, &  
in ararium Regis auri uncias tres cogatur  
impendere, sed nihilominus præsens emis-  
sio cambij hujus perpetui sui vigoris obti-  
neat firmitatem, ita duntaxat Impera-  
toris clementiae complacuerit. Actum in  
illo loco, præsentibus istis. Signum illius  
Abbatis & advocati sui illius. Signum illius  
Decani. Signum Præpositi. Signum  
Cellararij. Signum Custoris. Signum Por-  
tarij. Signum Camerarij. Signum Hofpi-  
tarj. Sig. aliorum testium. Ego itaque im-  
merens Diaconus anno illo Imperatoris  
scripsi & subscripsi. Notavi diem illum,  
illam datam, sub illo Comite. Amen.

*Constitutio dotis.*

**X L I X .** Dulcissima conjux mea atque  
amantissima nomine illo, ego in Dei no-  
mine ille. Sumpsit mihi consilium atque  
complacuit ut ego te mihi in conjugium  
aceperissem, quod ita & feci. Propterea  
dono tibi dotem, sicut nostris utriusque  
complacuit amicis tibi donare, in pago  
illo, in illo loco, in villa nuncupata, id  
est, rectam curtem cum sepe circumcinc-  
tam &c.

